go puerpera virgula yesse non sine corpore. sed sine tempore tendit ad esse ⁊ ergo dicitur in passionali q̄ beata virgo assumpta est honorabiliter letāter ⁊ excellenter ¶ Pro terminis nota. venerans est participiū veniens a veneror aris.quod tm̄ est actiue significationis.vt patet p floristam qui dicit. Sola per ans ens ⁊c. Tūc ibi Sallite regi nostro ⁊c.

¶ Hic fm ordinatissimū cursum anni autor ponit aliam sequentiam scz de sancto iohāne baptista ⁊ de eius passione.

Sallite regi nostro psallite psallite psallite prudenter. Nam psalteriū est iocundū cū cythara Nato ꝟginis quo psallēs natus sterilis. Cytharam carnis percussit in domo domini Dum quod sonabat clamando. docuit viuendo. Mortificando (que sup terrā sunt) membra ⁊ hoc alios docendo. Preparans christo plebem perfectam iohannes vox clamantis in deserto.

Et diuidit in tres ptes Primo introducit quasdam ꝓphetias quas applicat ad ꝓpositū exhortādo populum ad laudem iohannis baptiste Scd̄o describit causam ⁊ materiam decollationis eius. Tercio facit quandā exclamationem cōtra mortem ipius. scd̄a ibi Sed hec vox. tercia ibi. En quō morit iustus. Proponit ergo vnā ꝓpheciaȝ que scribitur in p̄s exhortando ppl'm dicēs Uos cristi fideles psallite .i.cū leticia cantate.prudenter ( regi nostro ) id est deo ( nam )pro quia ( psalterium) id est canticum oris est iocundum ( cū cithera ) id est cū concordantia boni operis ( quo )id est euȝ quo scilicet psalterio ( natus) .i.filius ( sterilis ) scȝ mulieris Elizabeth.psallens ( nato ) id est filio ( virginis Marie ) id est christo (percussit cytharam carnis ).i.corporis sui ( in domo domini )id est in sancta ecclesia ( dum scȝ sanctus Johannes baptista docuit viuendo ( per operationem vite ).s.illud ( quod sonabat ) scȝ clamando ( viuendo )id est p̄dicando ( mortificando ) .i. macerando membra que sunt super terram ( ⁊ docendo hoc alios )scȝ homines Et ip̄e Johannes.supple existens ( vox clamantis )scȝ in deserto ( preparans xp̄o ) perfectam plebem ¶ Notandum scribitur in psalmo vicesimooctauo. Uox domini in virtute.vox domini in magnificentia In quibus verbis beatus Johannes baptista dupliciter commendatur Primo ex virtute sue predicationis.quam perfecit ex instinctu spiritussancti seu diuinitate collationis.quia vox domini in virtute. ¶ Secundo commendatur in virtute eius predicationis quem terminauit ipse beatus Johannes baptista per efficatiam sue virtuose operationis Quia vox domini in magnificentia. ¶ De primo scribitur Luce primo capitulo.quomodo Gabriel archangelus ingressus est ad Zachariam dicens. Ne timeas Za

n ij

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-821/0163
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG